

Bohemiae, communitates regni Bohemiae illustrissimo principi ac domino marchioni Misnae dilecto fautori nostro. Illustrissime princeps ac favens domine. Parata obsequia nostra cum omni promptitudine. Nos veraciter percepinus illustrissimam potentiam vestram regi Ungariae Sigismundo, qui nos nostramque linguam Christiani regni Bohemiae (quod ipse merito defendere deberet ac velut verus haereditarius dominus 5 protegere propter affirmationem evangelicae ac divinae veritatis absque culpa) iniuste impugnare, auxilio fuisse ad perdendum immaturo consilio nobile regnum illud per iniquam et certissime falsam accusationem praedicti regis. Cum tamen nondum sitis veraciter informati, quam ob causam nos ex necessitate contra crudelitatem et furentem insaniam eius manu armata resistere oportuerit, idcirco bene decuisset illustrissimam 10 dignitatem vestram prius cognovisse causam veritatis, quam per volatilem famam inconsyderato consilio contra nos tanquam contra eos, qui demeruerint, vos cum vestris profecti essetis. Quod adhuc petimus illustrissimam dignitatem vestram clare cognoscere, ne ullam aliam famam de nobis credatis, nisi quod a praedicto rege propter sanctam constitutionem dei (quae comprehensa est praecipue quatuor articulis per 15 sacram scripturam probatis et a nobis constanter assertis, quos illustrissimae dignitati vestrae in his praesentibus literis transmittimus) post denegatam audienciam, quam saepe humiliter ab eo petivimus, requirimini, neque aliud in cor nostrum venit, nisi ut sanctam catholicam fidem et salutarem constitutionem dei, quae omnino perfecta et salutem toti mundo affert, possimus amare et ab amore eius nullo modo declinare neque in vita neque in morte. Oportet igitur nos illam in praedictis et aliis Christianis articulis promovere ac observare atque gladio saeculari (qui nobis non frustra est divinitus concessus) omnibus viribus nostris iuxta ordinationem dei legitime defendere. Quare rogamus illustrissimam pietatem vestram, ut auxilium potentiae vestrae a tali persecutore Christianae fidei ac terrae nostrae subtrahatis ac vos ipsos retrahatis 25 a devastacione eiusmodi terrae Bohemiae, si non vultis esse particeps aeternae damnacionis, ad quam praedictus rex declinat. Gracia vestra bene experta est, quomodo rex ille in deperditionem vestram saepe ac manifeste machinatus est, nunc vero factus vobis amicus; prospicite vobis in hoc. Si non indignisset ope vestra contra nos, nunquam factus esset vobis amicus. Datum feria secunda post festum s. Procopii 30 anno domini MCCCCXXI.

145.

Weimar, [1421] Juli 14.

*H Schr.: Or. Pap. Stadtarch. Erfurt M.A. A IX 6a Vol. 6 (1) Nr. 18. Zum Verschl. aufgedr. S. abgefallen.**Anm.: Vgl. für die Datierung Nr. 154.*

35

Landgraf Friedrich d. J. fordert den Rat der Stadt Erfurt auf, da — der Römische 20. König — uns iczunt gar korecz, ernstlichen und hertlichen lassen schreiben, seinen königlichen gnaden mit heriskrafft gein Behmen zu folgen widder den König von Polen, der ym dann auch mit heriskrafft in das königreich zcu Behmen widder got, den heiligen cristenglauben, ere und rechte meynt zu legen und gereite seinen reisigen 40